



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Consensus Veteris Et Moderni Papatus**

**Reck, Johann von der  
Monasterii Westphaliæ, 1722**

XI. De cultu Imaginum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68472](#)

sanctorum Martyrum corporibus plena est ? & tamen nusquam hic sci-  
mus talia fieri. Sicut enim (quod A-  
postolus dicit) non omnes Sancti ha-  
bent dona curationum , nec o-  
mnes habent dijudicationes spiritu-  
um ; ita nec in omnibus memoriis  
Sanctorum ista fieri voluit ille, qui di-  
vidit propria unicuique, prout vult.

## X I.

### *De cultu Imaginum.*

*S. Methodius Orat. 2. de resurrect.*

Quas quidem ex auro imagines con-  
flamus , Angelorum ipsius principa-  
tus & potestates referentes , eas ad  
honorem & gloriam Dei conficimus.

*S. Athanasius ad Antioch. q. 39.*

Non ut Deos adoramus imagines ,  
nos qui fideles sumus (Absit) ut  
ethnici faciunt ; sed solummodo af-  
fectionem & amorem animi nostri ,  
quo erga characterem imaginis af-  
fecti sumus , significamus.

*S. Basilius Epist. ad Julianum Aposto-  
tam.*

*tam.* Historias imaginum illorum (Apostolorum, Prophetarum & Mar- rum) honoro, & palam adoro: hoc enim nobis traditum à Sanctis Apo- stolis, non est prohibendum; sed in omnibus Ecclesiis nostris eorum hi- storias erigimus.

*S. Gregorius Nyssenus Oratione de laudibus S. Theodori Martyris.* Solet enim etiam pictura tacens in pariete loqui, maximèque prodesse.

*S. Hieronymus ad Eustochium in epitaphio Paulæ Romanæ piissimæ fæminæ scribit:* Prostrata ante crucem, quasi pendentem Dominum cerneret, ado- rabat.

*S. Gregorius Magnus lib. 7. Epist. III. ad Serenum Massiliensem Episcopum.* Idcircò enim pictura in Ecclesiis ad- hibetur; ut hi, qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent.

*Idem lib. 9. epist. 9.* Nam quod le- gentibus scriptura, hoc idiotis præ- stat pictura cernentibus: quia in ipsa

D 3 etiam

etiam ignorantēs vident, quid sequi  
debeant; in ipsā legunt, qui literas  
nesciunt.

*Item lib. 7. epist. 53.* Scio quidem,  
quod imaginem Salvatoris nostri non  
ideo petis, ut quasi Deum colas;  
sed ob recordationem filii Dei in  
amore ejus recalescas.

*S. Augustinus lib. 3. de doctrina Chri-  
stiana cap. 9.* Docet honorandas imagi-  
nes, quia honor iste ad earum prototypon,  
sive ad res illas, quas nobis exhibent,  
refertur. Qui verò aut operatur aut  
veneratur utile signum divinitus insti-  
tutum, cuius vim significationemque  
intelligit, non hoc veneratur, quod vi-  
detur & transit; sed illud potius, quò  
talia cuncta referenda sunt.

### X I I.

## De libero hominis arbitrio.

*S. Cyprianus lib. 1. epist. ad Cornelium.*  
Nec præpositum servum deserit à qui-  
busdam miretur aliquis, quando i-  
psum Dominum magnalia & mirabi-  
lia